portionem, que brachialis etiam extenſionis, & obscuro cuidam radij circumductuſ secunda-  
rio opem feri, uigilimenter nomine habitur sumus, nisi quia digitorum motibus non familiari-  
tur, in horum musculorum serie illi locum abnegaveris, quod non incufamus, modò tuum  
interim placitum, in subsequentium musculorum numero recensendo, memoria non excide-  
rit. Nos enim ac si praetenti Capite enumeraretur, reliquum de digitorum musculis sermonē  
percurremus, silentio non prætereuntis, in caudis simis unicum duntaxat apparere tendi-  
nem, qui partim in pollicem, partim in brachiale inservit, secus longe, quam hominibus ut  
plurimum accidere nouimus.<sup>e rovihi.</sup> Vigilimo itaque secundo, & quem prius enumerauimus,<sup>n.</sup> ui-  
gesimoprimo pollex recta euerit, extendit uerū, quoties utriq; musculi una contrahuntur,  
quippe uigilimo secundo duntaxat contraſto, pollex obliquè à ceteris digitoribus abducit ex-  
tensionem patitur, à uigilimo autem primo ad indicem magis eueri solet, quare etiam integrum  
est, hos musculos in digitoris ad latera decumentum, & etiam in extendentium clafem, ut uifum  
fuerit, reponere. In hunc uisce locū feruſſem, decimumo clavum, & decimunomonum,<sup>i 918.</sup>  
ut iam musculos obliquis motibus praefectos simul emarrarem, nisi varia illa tendonum i 918.  
digitorum radices commixtio obſtituet, & nisi decimus etauis extendebitur potius, quam  
abducensibus sufficit adnumerandus, deinde huius commixtioſis & decimio etauis musculi  
dilectus gratia, necelariō etiā unum prius recenſui, cuius beneficio parvus digitus à reliquo uali-  
diffime abducitur, qui ordine uigilimus erat. Ac proinde adhuc reliqui sunt,<sup>1 918. q. 14.</sup> duo obliquis  
pollicis motibus famulantes, & alij quatuor, quibus digitus quatuor ad pollicem ducuntur.  
Pollex enim quum in ſtar alterius manus, reliquis digitis opponi debuit, merito musculos fibi-  
uendit, quorum beneficio à ceteris maxime abducitur, & rufus variarum actionum gra-  
tia cōmodo diffimile indici admouetur.<sup>m. 14. 1 918. q. 14.</sup> Quicquid pollicis maxime abducit, atq; in tota serie uige-  
simus quartus cenſeri potest, ab anteriori ſede ossis brachialis, cui pollex innicitur nero uerū  
principio, quod flatum carneum euadit, enaſcitur, ac deorsum protenſus, fecundo pollicis ossi, me-  
braneo tendine inservit. Hic musculus unā cum duobus, primū pollicis internum ducit  
tibus, quibus iſte in ſternitur, carnosam uole partem efformat, que ad pollicis radice confluit.<sup>1 918. q. 14.</sup> Galenus in Libris de Partium ufo praefentem muſculum, nō admodum uerū in primū pol-  
licis os inferi scriptum reliquit, qui notabilis & uera infertione ipſi nō adhaerit, sed duntaxat  
fibrosis nexibus inuidit hercat. Verū non mirum eft, Galenum eiūmodi in ſertione nō nos  
docuisse, quum id scribens, duos muſculos primū pollicis os flecentes ignorauerit, ac illos  
uigilimiqui muſculi partes esse arbitratus fuerit. Muſculus iſte <sup>1 918. q. 14.</sup> interoris pollicem eueri-  
tium, qui ordine uigilimus secundus era, actionem excipit, atque ita quam maximē pollicem  
ab indicem remouet, id priuatum adeptus, quod inter extrema manus & cubiti muſculos, foliis  
quadammodo lieuat, propria ipsius, que crassior eft, membranae grata. Alter muſculus ob-  
liquis pollicis motibus ſeruēs, ex anteriori latero, uestus posteriora tamē, ossis postbrachialis,  
quod indici præponitur, initium ducit carneum, & secundum totam eius ossis longitudinem  
enatum. Muſculus iſte in ſeruit carnae implantatione, toti extero lateri primū pollicis ossis,  
membranum tendonem radici quoq; secundi ossis porrigena, huius fibra tranſuerſa quadam-  
modo fuit, à brachiali ad pollicem duxit. Vnde etiā huius muſculi auxilio pollex indici pro-  
xime accommodatur, illoq; muſculo pollicem ad exteriora eueritatis (qui in noſtra ſerie uige-  
simus primus eft) actio excipitur. Porro<sup>9.</sup> muſculi quatuor digitorum pollici adducentes, quia in  
firmis digitorum uestis pollicem obliquè adduci, quam ab illis reduci oportebat, nequaquam  
ex cubito principium lumen, sed gracieſ teretes fune muſculi, singuli quatuor ſecūdū mu-  
ſculi tendonibus (qui quatuor digitorum tertium os flecent) exporreſt, oriuntur enim ex me-  
brane in uolucro, tendines illos, cum brachialis ſinum, & tranſuerſum ipſius ligamentum  
petrent, induente. Hinc ſimul singuli cum singulis tendonibus ad digitorum procedentes,  
ac in te-

Vigilimmo-  
tum hoc Capit-  
te enumerati-  
digitorum nō  
ferunt moti-  
bus.

Vigilimmo-  
cundi C 21 of-  
ficium.

Ex muſculi  
digitorum mo-  
tes adhuc rela-  
qui.

ac interiori tendini lateri attempi, in digitorum radicem inseruntur, ad internum corundem latu, uersus interiora infertionem membranam moliti, ita namque fede illos inferi decuit, qui in latus ad pollicem, quatuor digitos erant reclinaturi. Praesentibus musculis hoc sanarum, perinde ac oculi<sup>r</sup> musculis obuenit, quod non ex oss'e aut cartagine, sed ex membraneo tendoniu inuoluero originem sumperint. Iam si his quoque musculis tuum numerum disciplinae gratia auxeris, in uniuersum uigintinouem in hoc Capite descripti exurgent, quorum uigintio octo digitorum duces sunt, uigefimotero interim ad brachiale relato. Porro mirabitur forsitan aliquis, cur minus<sup>r</sup> musculos quatuor digitos pollici adducentes, &<sup>b</sup> cum qui paruum à exercis abducit, primo quatuor digitorum ossi dixerim inferi, nulla interim mentio ne succedentium internodiorum facta, quum tamen Galenus in omnibus digitorum ossibus, secundum totam illorum longitudinem tendines, membrana modo inferi conat<sup>r</sup> in Primo de Administris sectionibus scriptum reliquerit fecus, quam in Libro de Partium ufo, ac illo etiam priores Anatomici. Ego nequamq; inficias eo, utineq; aliquis, qui multi refecit atq; ut unquam, digitorum ossa secundum longitudinem, in regione infertionis illorum musculorum membranis obduci, uerum non talibus, quales commemorati modo musculi porrigure deberent, quandoquidem illae nullum fibram genus, secundum longitudinem excurrens ostendunt, neque parem etiam ductum, cum musculorum ex cubito in exteriorum digitorum sedem infertorum tendinibus retinent. Quinetiam solitus primi in quatuor digitis articuli, & primi secundi in pollice beneficio, digiti in obliquum aguntur, cuius caufa, dum digitorum ossa persequeretur, articulationis differentia esse commemorabatur. Si itaq; quispiam eiusmodi membranas, musculorum in obliqua agentiū tendines esse cum Galeno contendenter, frustra eos, & ligamenti tantum uice secundis & tertius digitorum ossibus commissis fateatur, oportet. Quod autem<sup>r</sup> illorum tendines, qui ex cubito procedentes, à Galeno abducentis autores sim pliciter enarrant, toti digitorum longitudini liquido inferuntur, uehementius colligere cogor, eos musculos extensiōnē etiā praeſc̄. Denuo studiosior aliquis in Galeni Libris ueris illumq; contraria de infertione tendinum docere animaduertens opperietur, donec omnes musculorum digitos mouentium infertiones in unum numerum redigere, Galenum in Primo de Partium ufo imitatur, qui eas parum recte persequitur, quoniam tredecim musculos, qui in extrema manu locati digitorum flexus autores sunt, omittens, fall' secundi musculi tendines, primo quatuor digitorum ossi implantatos tradit. Cæterū si obiter<sup>r</sup> decimum septimum in quatuor tendines, digitos extenderit, &<sup>c</sup> decimum octauum & decimum nonum in binos tendines, qui quatuor digitos à pollice abducant, diuidi concesserimus, & deinde tum in omnes digitorum aies, ut extendentes inferi annumerimus, ut interim illi, qui in extrema manu reponuntur, lateribusq; motibus priuatim praefunt, ita habeant, utinōs descripsimus, sexaginta omnes uerae infertiones (non accubitus leues ue annexus dico) erunt. In primum scilicet pollicis articulum quinque, in secundum septem, in tertium tres, in minimi digiti primum inter nodum sex, in reliquorum autem trium digitorum prima internodia duxtaxa quinque, in quatuor uero digitorum secundum & tertium internodium tres. Quo porro eiusmodi sint in lertiones, ipse tecum, ut musculos rursus in memoriam, quasi in epilogum cōtrahas, reperito, atque deinde rursus perpendo, quorū uerierā effent, si etiam musculi obliqui motibus praefici, qui in summa manu reponuntur, infertiones in succedentia ossa, que in obliquum (nisi secundario) non aguntur, ex Galeni sententia molirentur, & deinde etiam<sup>r</sup> uigefim secundi musculi utrungue tendinem, primo pollicis ossi inferi uera infertione admiseris, ut nunc primum pollicis internodum sex admittat infertiones<sup>r</sup> (qui enim pollicem maxime abducit, in primum ipsius os non infertur) tertium autem pollicis quinque, & secunda terciaq; internodia indicis, medijs, & anularis etiam quatuor, parui autem digitis secundum & tertium internodium, quinque infertiones obtineant, confurgent omnes, septuagintatres. Si etiam ligamentorum beneficio ossibus applications (nollem enim cum Galeno infertiones dicere) adnume raueris, & secundum quinque digitorum internodium una applicatione, & primum quatuor digitorum dubius auxeris, inuenies (nisi me additio fugerit) octuaginta sex, nam primo pollicis internodio<sup>r</sup> tertij musculi tendinem tribueri nequis, quanuis hic numerus adhuc &<sup>d</sup> latitudinis applications fibi uendicare possit, ut tria quatuor digitorum, & duo pollicis internodia, adhuc una augentur commissione, numerusq; nonaginta octo constitutus. Quem si ad utramque manum conferens duplicaveris, quorū numeris, centum & octodecim Galeni iugis, & παραγνήσεω modō superfluit.

*Ex uigintino  
uero descriptis  
musculis, & qd  
gitorum infe-  
tiorum mo-  
bilis famulati.*

*De tendinum  
infertiorum  
nonnulla.*

*Musculorū  
infertiorū col-  
lectio.*

*Liber de Verte-  
pertium.*

*Brechialis  
notus.  
Primus mu-  
sculus.*



V M brachiali reliqua summa pars flecitur, ac extenditur, deinde etiam obliquo (ut uocamus) motu in utrunque latus agitur, id est quatuor musculorum beneficio. Quorum primus ex interiori humeri tuberculo principium ex carne a neruacē substantia mixtum affluit, hinc totius ulnae longitudini adnatus, & semper in progressu ab ipsi principiis sui robur astutus, atq; hoc praecepit in superiori ipsius fede, non procul ab articulo cubiti ad humerum. Exporrigitur autem hic musculus inferiori lateri musculorum, qui ex cubito enati digitorum flexionibus praesunt, unde etiam internam ulnae sedem magna ex parte amplectunt, quemadmodum & medium quoq; sedis ipsius inferioris, toto ferè ulnae ductu occupat, quo scribentes innitimus. Reliquum autem inferioris illius ulnae sedis, quod exterior est, aliud musculus fibi uendicat, quem ante parvum digitum postbrachiali infertum, huius extensionem moliti audies. Duo enim illi musculi inuicem fibro si nebus ualide haerentes, uelut stratum quoddam & puluinar, quo commode rotum cubitum inniti simus, efformant. Ceterum primus hic musculus, quem ad ulnae usq; finem prorepris, paulo ante cubiti cum brachiali articulum, in validum, & quadammodo teretem cefat tendinem, carniformi semper substantia ad brachiale usq; auctum, qui dum articulum transcedit, prorlus excarnis est, ualidissima in serione, inferiori quarti brachialis offis sedi implantatus, quod nō innervatio rectum cartilaginosum & appellaçt, ac unico tantum offi communis, in Primo libro dicebatur. Praefens tendo, quia ulnae appēdice articuloq; brachialis suffulcitur, peculiariter ligamentum, quod ipsi transuersum obducatur, nullum existit, sed comuni omnium musculorum membrana, quæ ligamenti uice est, quamq; inter manus ligamenta etiam recentebimur, circundatur, & per quamq; ualide brachialis cum cubito articuli ligamenta conneccit. Secundus brachiale moventium musculus, ex interiori quoque humeri tuberculo exoritur, illius, quem nuper commemorauimus, capiti proximus, & una cum illius quoque capite infra- tum obtinetur caput eius musculi, qui interna summa manus cuti dilatescens exporrigit tendinem. Secundus itaque musculus, ab interno humeri tubere enatus, obliquo ingrediuit elatus primi digitos flecentes musculi latus contendit, ipsi magna ex parte infristratis, & radio exorrecit. Ante brachialis autem radicem in exacte teretem degenerat tendinem, qui simulatq; brachiale ad pollicis radicem cotigit, in curvo illum fecantibus, ibdem brachialis offibus inferi putatur. Verum ubi musculus ab indice pollicem abducens, una cum duobus primis pollicis internodium flecentibus, a brachiali liberatus fuerit, hic brachialis musculus conspicuetur interna brachialis fedem preterire, atq; latifrons in postbrachialis offis, quod indici praeponitur, radice inseri, internaq; transuersi hic ligamenti fedi ualide adnasci. Duo bus internis alii duo externi respondent, unus ab exteriori tuberculis humeri radice principium capi, ad latus eius musculi, qui Galeni suffragio minimum digitum, & anularem à police abducit, nostro autem, praecipuis extensionis minimi digiti autor est. Siquidem plurimum ex eo tuberulo certa serie prodeuntum capitum, hic brachialis musculus, humillimum & ultime proximam sedem obtinet, unde etiam & ex posteriori ulnae processu, qui humero adarticulatur, hic musculus principiū dicit, illi infristratus musculo, qui hinc quoq; originem sumentes, radium adit, illum in supinum acturus. Hinc itaq; tertius brachialis musculus prodiens, humiliorem exterioremq; ulnae regionem amplexatur, inter primum brachiale flecentium, & quem nos parvum digitum extendere propofimus, exorrecit. Quando uero brachiali ap propinquat, in teretem finit tendinem, qui sinu in appendice ulnae ad processus fistulam imitantis internum latus excupito, innititur transuerso ligamento, quod utrumq; ulna proprium nanciscitur, obducit. Quum primum ligamento superato, brachiali supereretur, latior factus postbrachialis offi minimum sustinet, non procūla brachiali inferitur. Alter exterioreum, qui ordine quartus est, latiuseculo principio longe supra exteriore humeri tuberculum enascitur, ubi humerus uelut in oblongam acutiem prominet. Hinc carnosus, & longa utrumque linea prodicens, radio in sternitur, & propter illius longitudinis medium, in robustum degenerat tendinem, qui bicornis bipartitus ue statim ab ortu uisit, utramq; partem paulo minus toto tereten gerens, eft enim nonnihil latior, quam profundior. Haec partes aut tendines & si inuicem dirimantur, non tamen digno notatu interuallo disti, recto tramite radio exorriguntur, ad illius appendicem iuxta brachiale contendent, quod quum peruerenter, inuenientiam magis q; sed non tamen insigniter sciunt, illis priuatim excupito finiu in cumbunt, & com-

*Secundus.**Tertius.**Quartus.*

& communis ipsi & illi<sup>o</sup> musculo, qui pollicem uersus indicem euerit,<sup>o</sup> ligamento circa  
tum. Quod deinceps superantes, ac magis tum quam prius, in iuicem distantes, in postibrachiale  
amplis inflectionibus<sup>o</sup> implantantur, unus enim in radice ossis indicem sustinentis, alter ue-  
rō in radium eius cui medius innitur, inflectionem tentat. Quartus hic musculus una cum ter-  
cio, brachiale, si ambo tendantur, extorsum reflectunt, extendunt uero. Atque his auxiliatur<sup>o</sup> mu-  
sculus, quem brachialis ossi, qui pollex sustinetur, inferi iunc docuimus, quum digitorum du-  
ces recentes, hunc musculum in tota serie uigilium internum nominaremus: & ut his duo-  
bus brachiale exceditur, ita etiam duobus interioribus seu primis idem pulchre flectitur. Dein  
eisdem musculis, quibus brachialis flexio extensioq; concreditur, brachiale ad latera quoque  
ducimus.<sup>o</sup> Si enim interior musculus, & exterior, qui indicem spectant,<sup>o</sup> reliquis duobus la-  
xatis contrahatur, brachiale internum aque ad interius latus agetur. At si his laxatis, alij duo  
qui minimum respiciunt digitum, tensi fuerint, ad exteriora in latus brachiale mouebitur. Con-  
flat itaque Naturam admodum industrie, duos musculos flexioni, & totidem extensioni p̄ae-  
cifici. Quandoquidem si unū flexionem commissifet, neq; is certe articuli rotu, neque firmæ  
flexionis dux fuisset, in modo prompte circa cūteris satellitaxaq; ut uero nunc habet, firma prorsus ac  
tuta perficit flexio. Ad hanc præter flexionem & extensionem, brachiale alij indiguit moti-  
bus, ac proinde alios creari tendines operæ precium effet, quidam latera motuum opifices habe-  
rentur. Sed nunc demum, quium duo flectunt, & duo extendunt, ille quidem & obliquos bra-  
chialis motus adepti sumus. Ceterū præter hos quos brachiali tribuimus motus, Galenus ipsi  
in pronum ac supinum versionē adscripsit, peculiarem ab ea, quam secundariō manus extrema, <sup>o</sup>  
radj beneficio fortitur. Mihil nullum extrema manus aut brachialis quiescente radio, in pro-  
num supinum uero motum perfici, haec tenus percipere licuit.<sup>o</sup> Deinde radj sinu, cui brachiale  
in articulatur, oblongus est, & ipsum quoque brachiale, quā sinu imponitur, oblongum quo-  
que, neq; ut humeri, aut femoris superioris caput, rotundum uisitum, adeo ut eiusmodi ossium ar-  
ticulus configurat, qui ad motus in gyrum prorsus ineptus existit. Adde, quam nos primi ob-  
seruauimus, neque per functorię perpendendam cartilaginem, quæ à radio pronata, brachiale  
& ulnare, in sifra interstitiū cuiusdam mediat, ostenditq; totam brachialis ad cubitum articulatio-  
nem propedium foliariorū ferendam esse acceptam, quod ne in puncto quidem citra dicta  
modo cartilaginis intercentum, brachiale contingit. Non enim audiendus est Galenus in Li-  
bro de Ossibus, in quo<sup>o</sup> proceſſu stylī imaginem exprimit niuum fauens (ne dicā Naturæ  
opera deſtruens) præter omninem rationē, illius proceſſus beneficio, manum extrenā in latera  
obliqua q̄ agi protulit, parum attendens, si can proceſſus ille, quam ipsi tribuit, constructionem  
obtinuerit, non solum motui, in latera non iuuantur, in modo tanquam palum aliquem prorsus  
prædictum: quanquam rufus alibi aliud ad proprios manus in pronum & supinum mo-  
tus cōducere, uideatur docere. At quoniam nullum eiusmodi motum, nisi radj ope, & secundariō  
in manu expendere ualeo, præter animi sententiam musculos, quibus illi motus celebrentur,  
ementiri nequam uisitum est. Galenus tamen ut & hos motus brachiali præbet, sic quoque  
quatuor enarratos musculos illorum autores esse contendit, prout hic nimur illi uero contra-  
hatur, aut quiescat, cuius sententiam si non officiant perpendis, hac illum finxit, ima-  
ginatumq; citius, quam in reſectione perspexisse (ut alia in Libris de Vſu partium pleraque)  
animaduertes.

Muscularū  
manus.

Brachiale  
proprio moto  
in supinum &  
pronum  
ergo  
Liber de Pate-  
tam uero.

Liberis de Vſ.  
ſu part.

## DE MUSCULIS RADIVM PRONVM ET supinum constituentibus. Caput XLV.



V M M O D O in præsenti memineris eorum, qua<sup>o</sup> de radj ad rotundum  
humeri capitulum articulo,<sup>o</sup> & brachialis rufus cum radio,<sup>o</sup> radj q̄ & ul-  
na inter se commissuris, superiori Libro tradidimus, nunc mediocri ne-  
gocio percipies, qua ratione radius à proprijs tractus musculos, quiescen-  
te interim ad humerum ulna, in pronum supinumque circundatur, &  
quo nam pacto radj auxilio, extrema manus eodem motu necessario fe-  
quatur. Quando ita quereradis ulnae & superiori ipsius & inferiori extre-  
mo articulatur, ac secundum reliquam longitudinem duila ossa in iuicem distant, operæ pre-  
ciū fuit & in prioribus ac posterioribus radij regionibus, musculos, qui illum mouerent,  
extrui. Sunt autem hi quatuor, duo quidem superiori radij extremo subfertuentes, reliqui au-  
tem duo inferiori: atque ex his duo internam cubiti sedem, alij duo externam occuparunt. Inte-  
rior, qui

Quatuor re-  
dium peculiari  
ter agentes  
musculi.  
Primus.

d 2 radij

radij partem brachiali proximam mouet, secundum ulnæ longitudinem, ex tota amplitudine interioris ipsius fedis enatetur, qua brachiali proxima est, hinc carneus, ad interiore radij regionem tranfuerit procedit, ipsi carneus adhuc infertus. Habet itaque musculus hic, si cum reliquis secundum cubiti longitudinem expansi conferatur, fibras transversas, ex ulna numeris in radium rectam confidentes. Neque hic musculus, ut usum est distinctionis

*Liber de Anatomia*  
*musculorum*

Professoribus, radium ulnamq; intercedit, sed secundum cubiti amplitudinem, totam interiorum radij ulnæq; sedem complectitur, & ad amissum quadratus est. Tantum enim obtinet longitudinem, quanta est latitudo interioris cubitiregionis, quam simul cum radio ulna constituit, deinde tan latus uisit, quam longus. ad hanc omni ex parte carneus, & in ipsius medio spissis extuberansq; obliteratur, instar pulvinaris ipsum trancendentibus ad digitos ten dinibus substratus. Huius musculi fibre, radij partem que brachiale spectat introrum trahentes, radium in primum adiungunt.

*Exterior* musculus contrari motus autor, huic neque situ neque figura responderet. Si enim Natura in exteriori sece eiusmodi carneum musculeum constitueret, cubiti pars brachiali preposita, minime leuis, carnisq; expers mansuetus, neque commode tot muscularum tendines huc reponit potuerint. Proinde quum exteriorum interiori parem effingere neequit, ualidiorq; motu hunc, quam interiore, radium ducere oportuit, breuissimo per cubitum expandens musculo, qui interior est, longissimum omnium qui cubitum perpetrant, Natura oposuit, quantum felicit ad musculi ventrem, & longiores carnis ductuum attinet. Alias nanque perperam illum omnium longissimum esse Galenus distinxit, quem plerique ad digitos protinus, simpliciter multo longiores sunt; neque id fortassis solùm tendinum gratia, sed si quis diligenter omnes perpendat, uenitrius quoque. Ab externa itaque humeri regione clausus, quam musculi bifido tendine brachiale extendens caput conseruit, huius radij musculi principium educitur: quod quia secundum humeri longitudinem latum nascitur, carneumq; est, longe supra exterius humeri tuberculum incipit. Musculus hinc decorum expansus, & latus ualidusq; apparet, radio infrenatur, superiori lateri muscu li bifido tendine brachiale extendens contiguous. Vbi uero ad radij finem, cui brachiale coarctatur, procellit, in exactum finit tendinem, qui membranae modo latecens, radij appendicis superiori regioni inseritur, quadantes in interiora productus. Musculus iste inferiorum radij partem, que brachiali committitur, in exteriora trahens, radium supinum efficit. Ceterum musculi, superiorum radij finem humero proximum in primum supinumq; ducentes, in hunc modum habent. "Interior ex interioris humeri tuberculis radice, & ex interiori ulnae lateri, quia humero articulatur, carnoso ualidoq; principio enatetur, hinc admodum oblique inter nam radij sedem cōscendit, carnea insertione ante medium ipsius longitudinis infertur. A carnea hac insertione, uerue implantata ad medium uel radij longitudinis exporrigitur, radijq; superiori regioni huc ualidissime infertur, peculiarem imbi in radio aperitatem, cui infertur sibi uendicans. Musculus iste, quoque contrahitur, intrò radium ducens, illum cōstituit primum, exterior, qui peculiarius radij muscularum quartus est, ductu figurâq; nunc dicto propemodum par, enatetur ab exteriori articuli cubiti regione, ab articulo circumdante ligamento, ualidè etiam ex ulna in posterioris sui procellis, quem *ωρίζεοντας* Græci uocant, exer num latus, principij sui portionem sumens. Hinc ad radium in priora cōscendit, & radio proper anterioris musculi insertione applanatur. huius tamen infertur non aquæ atq; interioris nervosa est, nequædæ in radij longitudine producitur. Atamen ductus breuitas hos duos, ut & primum, qui ad brachiale habetur, exacto tendine destituit. Musculus itaq; quem postrem reuenit, superiorum radij partem extorsum oblique conuellens, radium ad supinum adigit. Cōstat igitur totu radij os, interiorum muscularum beneficio primum, exteriorum autem supinum effectu: ac deinceps radij opere, summam manum cosdem motus offendere.

*Primo de Administracione*  
*dissectori*

solùm tendinum gratia, sed si quis diligenter omnes perpendat, uenitrius quoque. Ab externa itaque humeri regione clausus, quam musculi bifido tendine brachiale extendens caput conseruit, huius radij musculi principium educitur: quod quia secundum humeri longitudinem latum nascitur, carneumq; est, longe supra exterius humeri tuberculum incipit. Musculus hinc decorum expansus, & latus ualidusq; apparet, radio infrenatur, superiori lateri muscu li bifido tendine brachiale extendens contiguous. Vbi uero ad radij finem, cui brachiale coar-

catur, procellit, in exactum finit tendinem, qui membranae modo latecens, radij appendicis superiori regioni inseritur, quadantes in interiora productus. Musculus iste inferiorum radij partem, que brachiali committitur, in exteriora trahens, radium supinum efficit. Ceterum musculi, superiorum radij finem humero proximum in primum supinumq; ducentes, in hunc modum habent. "Interior ex interioris humeri tuberculis radice, & ex interiori ulnae lateri, quia humero articulatur, carnoso ualidoq; principio enatetur, hinc admodum oblique inter nam radij sedem cōscendit, carnea insertione ante medium ipsius longitudinis infertur. A car-

nea hac insertione, uerue implantata ad medium uel radij longitudinis exporrigitur, radijq; superiori regioni huc ualidissime infertur, peculiarem imbi in radio aperitatem, cui infertur sibi uendicans. Musculus iste, quoque contrahitur, intrò radium ducens, illum cōstituit primum, exterior, qui peculiarius radij muscularum quartus est, ductu figurâq; nunc dicto propemodum par, enatetur ab exteriori articuli cubiti regione, ab articulo circumdante ligamento, ualidè etiam ex ulna in posterioris sui procellis, quem *ωρίζεοντας* Græci uocant, exer num latus, principij sui portionem sumens. Hinc ad radium in priora cōscendit, & radio proper anterioris musculi insertione applanatur. huius tamen infertur non aquæ atq; interioris nervosa est, nequædæ in radij longitudine producitur. Atamen ductus breuitas hos duos, ut & primum, qui ad brachiale habetur, exacto tendine destituit. Musculus itaq; quem postrem reuenit, superiorum radij partem extorsum oblique conuellens, radium ad supinum adigit. Cōstat igitur totu radij os, interiorum muscularum beneficio primum, exteriorum autem supinum effectu: ac deinceps radij opere, summam manum cosdem motus offendere.

*Tertius.*

*Quartus.*

*DE MUSCVLIS CVBITVM FLECTEN*  
*tibus & extendentibus. Caput XLVI.*



Cubiti musculi  
aut 5, aut 4,  
aut 3.

VENIAD MODVM radij sui cum humero articulati beneficio primum supinumq; constituitur, ita quoque ulna cum humero articulus appositissime cubiti totius flexioni extensioni q; famulatur, & interim radius in eum modum humero est articulatus, ut simil cum ulna ad humerum flexu extendi q; queat. Musculi uero horum motuum duces, si in maximum redigantur numerum, duo flexionem, & tres extensionem perficiunt, si autem ad minorem referantur, aut duo, aut unus, erunt extenderentes: duo tamen, tuncque numeraueris, flectentes. In canibus & caudatis simis necessario tres sem-

per

per extentes recensentur: quorum etiam descriptionem illico, atque hominis musculos enarrauero, subneatam, quo accuratus Primi de Administrantis fabrionibus Galenii libri calcem asequaris. Atque hos ea tamen tradam lege, ut omnia de cubitum mouentium muscularum figura Secundi de Vf partium libri, non cogar recensere, quandoquidem quum ueram illorum muscularum naturam didicris, abunde<sup>3</sup> si modò ueritatis cum Galeno studiosus fueris) ea tuo Marter refelles, stupens profecto, qua ratione eiusmodi sensu re-pugnania Galenus posteris proddiderit, ac postea etiam sectione peritior factus, non recognouerit.<sup>b</sup> Primus flectentium, duobus ualidissimis & mutuo distantibus enascatur principis: unum quidem exactè nerueum, & ad amussum teres exoritur, ab eminentiori parte ceruicis scapulae, seu ex superiori ipsius acetabuli supercili<sup>3</sup> fede. Hoc sub ligamentis humeri articulum continentibus, & huic principio transflueri instar ligamenti obducunt, super humeri caput in anteriora procedit, finuq3 uechitur, ipsi in prioribus capitib<sup>3</sup> & ceruicis humeri regionibus priuatum cælato.<sup>a</sup> Alterum prioris musculi principium, à radice interioris<sup>b</sup> procellis scapulae, quem anchora comparamus, duplex quadammodo enascatur, non quidem difundit, sed duplice substantie speciem exprimit, & dicto nuper<sup>c</sup> principio (& si Galeno fecus uisum fuerit) multo latius. Principiū enim pars, ab apice procellis initium dicens, exactè, ut exterius musculi principiū, nerua est & crassa, & propemodum teres: pars autem hinc continua, ac ex reliqua procellis fede prodiens, carnea latera<sup>3</sup> uistitur. Neutrū istorum principiorum, statim ab exortu deorum tendens, humeri ossi adnascatur. Verum aliquantulo sub humeri capitib<sup>3</sup> ceruice, ubi ambo inuicem coitura unum efformare muscleum incipiunt, carnosa pars interioris principiū, ab interno scapulae procelli enata, humeri ossi lata & uterque carnea infertio adnascatur, priuatum ossis asperitatem, cui apte committatur, nanciscens. Confitit autem haec asperitas ad radicem eius sinus, quem extero musculi presentis capitū incisum diximus. Eiusmodi infertio adeò ualida interdum mihi apparuit, & carnosa illa interioris principiū pars adeò proceru uisa est, ut proprium muscleum à scapulae interiori procelli in humerū nasci arbitratu fuerim, qui brachium etiam attolleret. Postquam uero hīc anterior cubitum flectentium musculus, ex duobus illici efformatus principiū, hanc infertio in humerū molitus est, ab humero iam abscedens, & ad amussum tercis carnoliq<sup>3</sup> musculi effigiem, ante refectionem in macilentioribus & muscularis conficiuam præferentem, aliun conficitur<sup>d</sup> musculum, ipsi toto progressu subtenent, non amplius enim, uel puncto etiam, primus hic musculus, humerū seu brachij os contingit. Ceterum paulo supra cubiti articulum, neruoso exanimis redditus, in robustum & crassum, & ad amussum teretem fini tendens, qui articulo expansus, & subdito ipsi musculo suffultus, in interiori radij partem, modice latecens<sup>e</sup> infertur, non-nihil & articuli ligamento adnatu. Ut uero commodiō tendonis in radium efficetur interior, iam antea latum, & modice prominentem, in aequalē admodum in radij superiori fine procellum extrui diximus. Atque haec primi musculi effertur, hoc sibi cum alijs quibusdam proprium uidentis, quod luidus comperiatur.

*Primus flectentium.*

*L. 3 de Adm-*  
*ministratio.*

*Secundus flecten-*  
*tium pro*  
*sterno.*

" Secundus musculus huic fucumbit omnino carneus, & nulquam insigniter nerueum ostendens substantiam, præterea longe primo musculo breuior, multoq3 iuxta humiliorum ipsius<sup>f</sup> fedem latior esistit. Ex humero enim ea fede principium ducere incipit, ubi infima muscularorum brachium mouentium sit infertio, quam attollens brachium musculus cum illo qui brachium pectori admetu, molitur. A latere nanque exteriori infertio brachium attollens musculi, secundus hic musculus carneum<sup>g</sup> principium ab humero sumit, quod acutum est, & sensim deorum obliquu in priora humeri tendens, secundum attollens musculi infertio formam (que transuersa est) dilatescit, ac ab exterioribus introrsum modice uerius inferiora declinat. Quin autem principium id, ad intimum infertio brachium attollens musculi latus prorepit, sursum denuo ad internum infertio latus modicē repit, non adeò altè conseruans, atque iuxta externum ipsius latus enascatur. Propter medium igitur longitudinis humeri secundus cubitum mouentium muscularum enascatur carneo latop principio, quod<sup>h</sup> bicorne est, & in sui medio obtusum exprimit angulum. Quandoquidem principiū exortus, linea ab externo latere humeri in anteriora deorum obliquu fertur, & hinc ab anteriori parte sursum obliquu, uerius internum humeri latus ducitur, adeò ut unum principiū cornu in externo humeri habeatur latere, alterum uero in interno, & angulus in antica humeri fede conficitur. Porro si præsens obliquu huius linea ductus, illa<sup>i</sup> duo principiū cornua tantu<sup>j</sup> restimes, ut duplice principio posteriori hunc muscularum cum nonnullis Anatomicis enasci dicas, nunc me uerisimile, & multo aliter quam ipsos, huius musculari initia enarrasse putato, atque mihi u-

nius principiū loco duo, que ponis, principia haberi finito, ne omnibus latis muscularum exortibus, præter morem plura principia cogar ascribere. Nisi enim id mihi donares, omnia lata muscularum principiū geminanda, aut si cum hoc secundi musculi principio cōferantur, pleraq; principia etiā decuplanta præter omnem rationē forent. Præfens itaq; musculus hoc enatus principio, sensim crassior carnosiorq; efficitur, deorsum rectā protensus, & humero ua lidissime adnatus, ex ipsoq; exortus sui robur toto delcent, tantisper afflumēs, quo uq; cubiti articulum cōtingat, quemq; sua amplitudine carneāq; subflatia in tota anteriori fede integens, c. 8.1.2.

*Primi &  
muscularum  
manus.*

modum & primus, quem nella ratione huius subiecti fibras instar x literæ decussatum incum bere aulim alferer. Et quantum accuratè horum muscularū functionē intueor, haud aliud colligo, quād utrumq; rectissime cubiti flexionis autorem esse, siue ambos unā, siue scorsim singulos duntaxat contrahi ponamus. & cur, quæfo, Galeni dissectionis professoriū principis gratia, quas nunquam conspicimus, cubiti flexiones nos decet cōfigere? Ut feliciter cubitum rectā, & deinde in alterum latus inclinante, flecti dicamus, ut primum utriusque musculis simul rectam flexionem, ac insuper singulis priuatim ad latera flexionem tribuamus, quando Galenus sibi non conflat, utri nam musculo, in internum latus, an in extēnum, flexionis munus assignari debeat. Aliter enim longè in Libris de Humani corporis partium usu, atque in Libris de Administrandis confectionibus, de horum muscularum dignitate usq; sentit. In his nanque posterioremus muscularum cubiti flexionis in exteriora inclinantis autorem esse censem, anterioremen vero flexum moliri tradit introrsum uergentem. In illis autem, muscularum anteriorem introrsum magis, posteriorem uero extorsum magis, flectere scriptum reliquit. Verū non ignoro, quum hæc perpendis (si modo ueritatis amator discendiq; cupidus sis) te cubiti flexionem fedulò moliri, atque quum digitos summo humero adducis, arbitrari rectam flexionem effici: quum uero ad claviculam pectorisq; ossis summum, extremam manum ducis, in extēnum latus flexionem fieri: dum autem uerius scapulam digitos agis, in extēnum latus inclinante cubiti flexionem celebrari. A proinde unā mecum Galeno nimium fidens colligis, ipsum rectissime has flexionis species proposuisse, etiam si interim in enarranda muscularum functione, sibi in commemorationis modo libris hauquaqueam consentiat. Ceterum iam paulo pōst securus autumabis, quando humeri quoque in scapula acetabulo motum unā expenderis. Conare iugur nudis alicunde auctiū ossibus, ab omni circunductu tuum ipsius brachium immotum feruare, atque tunc demum stude in eodem brachij fitu dexteram cubiti flexionem moliri: quam si tunc obseruaueris, tempus erit fibrarum decussationem seu intersectionem, & dierum cubiti flexionis opificum muscularum ductum cum Galeno (etiam si tale quid nihil sit) comminisci. Porro quum præter rectissimam flexionem aliam nullam fieri concipies, summi rerū Opificis solertia encomio celebrabis, quod huic motui duos validissimos præfesserit muscularos, quia illum ualidum & ad plurima utilem homini futurum cognoscet. Arque huiusmodi rectissimos duntaxat motus in omnibus articulis, qui uerū mutuo ingressu (si modo totius corporis alia quaepiam) perficitur: ut interim de radj ad humerum connexu nihil afferam, qui omnino ne introrsum cubitus flecti posset, uel solus prohiberet, nisi forte quis Galeno nimium deditus, extēnum humeri capitulū instar laxi cuiusdam tumoris esse contenderit, ut scilicet in flexione, quæ extorsum perficeretur, radio tanquam dīgito cederet, & denuō quum introrsum cubitus flectetur, humerus nō amplius comprehendens extuberaret. Quæ modō de flexione dixi, eadem de extensiōne proposita arbitrator: quād & si uarijs modis experiri queras, nullo tamen indicu cubitum ne tantillum quādēm in latus agi animaduertes, quād si exacte protensus, uel pilo in alterum latus dinnouere frustra conatus fueris. Inter cubitum extēndentes muscularos, primus ualido latōq; & neruo pror. d. n. f. 5.  
g. u. t. 1.  
m. s. 4.  
s. 6. f. 7.

*L. 3. de V. f.  
part. & c. de  
Adm. flexio.*

coincidentis articulo deceptus, illi diuersos, & impene obliquos motus assignauerit. At de tibie motu suo agemus loco, nunc enim ad uuln. cum humero cōmisurante reuertendū est, quæ mutuo ingressu (si modo totius corporis alia quaepiam) perficitur: ut interim de radj ad humerum connexu nihil afferam, qui omnino ne introrsum cubitus flecti posset, uel solus prohiberet, nisi forte quis Galeno nimium deditus, extēnum humeri capitulū instar laxi cuiusdam tumoris esse contenderit, ut scilicet in flexione, quæ extorsum perficeretur, radio tanquam dīgito cederet, & denuō quum introrsum cubitus flectetur, humerus nō amplius comprehendens extuberaret. Quæ modō de flexione dixi, eadem de extensiōne proposita arbitrator: quād & si uarijs modis experiri queras, nullo tamen indicu cubitum ne tantillum quādēm in latus agi animaduertes, quād si exacte protensus, uel pilo in alterum latus dinnouere frustra conatus fueris. Inter cubitum extēndentes muscularos, primus ualido latōq; & neruo pror. d. n. f. 5.  
g. u. t. 1.  
m. s. 4.  
s. 6. f. 7.

*Extēndentes  
primus.*

fus principiū, ex humiliori scapula costa non procular eiudem ceruice exoritur, peculiarem illiciū de prodeat sinum obtinens. Ceterum principiū id paulo pōst exortum carne adaugetur, muscularūq; constituit, qui rectā deorsum ad internum latus posterioris fedis humeri fertur, illinon nisi magno latiss sub ceruicis ipsius intercallo firmiter adnatus. Iuxta infimam 1. 1. 6. 6.  
1. 1. 6. 6.  
1. 1. 6. 6.  
1. 1. 6. 6.

nang

f. 16. 9. nanque sedem insertionis<sup>1</sup> musculi brachium ad spinam uerius inferioria trahentis, iste cubitum mouens musculus primū humero connatetur, aut potius<sup>2</sup> alia ex humero inibi enata carnosī musculi pars, ipsi commisctetur, quemadmodum caudate simiæ & canis musculi mani festò arguant. In his nanque musculus, qui ab inferiori scapula costa enatetur, ab illo qui hinc ex humero prodit, omnino distinguitur. Carna agitur explanatione primus noster musculus a ductus deorsum rectâ fertur, medio interni lateris humeri & medio posterioris sedis humeri tantisper adnatus, dum partim carneus, partim nerueus, amplissime in internū latus<sup>3</sup> posterioris ulnae processus inferatur, in defecu semper ab ea quam dixi humeri sede ad finem usq; ipsius, humero adnatus, ac ex ipso principiū robur assumentis. Integrū itaq; est, in humeris hunc musculum uniuersum, aut unum dicere, aut duos : ut<sup>4</sup> unus quidem à scapula enatetur, alter autem ab humero, qui cum illo cōfunditur, cui scapula principium praeberet. At Galeni nomine, quum in caudatis simiis duo manifesti apparent, duos illos in praesentia ponamus.<sup>1</sup> Tertius igitur extendentum, qui in uniuersa cubiti muscularorum serie quintus cōficitur, à posteriori lede ceruicis humeri, ad capiti ipsius radicem neruosus<sup>5</sup> enatetur, & sensim rectâ deorsum descendens, & externam sedem posterioris humeri regionis occupans, carnosus euadit,  
 f. 16. 10. & pertinacissime humero adnatus ab ipso principiū sui uigorem mutuat. Prūlquam uero medium longitudinem brachii hic musculus superauit, duobus nuper dictis ita commisctetur, & cum ipfis adeo coit, ut nullo proflus pacto in hominibus discerni queant, nihilq; aliud quam unum ex tribus effici musculū afficeret possit. Quamuis interim tertius musculus suum quem à principio obtinebat ductum obseruet, atque ualidissime in extermum latus posterioris ulnae<sup>6</sup> processus partim carneus, partim nerueus inferatur. Arque ita tribus his muscularis mutuo cōuentibus, torus illi posterior ulnae processus amplexatur, in sui sedis inferiori parte, cui innititur, neruoso rē insertionis partem, quam in lateribus, & superius exigēs. Mūtius enim illi muscularum concursus, ac ueluti ex omnibus unus eformatus musculus, in posteriori sedem admodum liuidus cōspicitur, tanto neruoso euadens, quanto ulnae processus proprius accedit. Vt cuncte uero inter se musculi hi concurvant, nullus tamen ab initio in cunctum fibrarum ductum deperdit, sed recte omnes deorsum, nusquam implexæ, neque se se decussatim interfacentes feruntur, & candem omnes functionem obeunt, sicut cubitum in neutrū latus inclinante extendunt. Liqueat igitur tres hos musculos unius loco recenseri posse, qui ex tribus conformati sunt principijs, aut duorum, si uidelicet primum & secundum unius loco habentur. At in caudatis simiis & canibus fieri id nequit. nam his animalibus perinde ac equo, & bovi, & alijs pluriq; quae anterioribus cruribus innituntur, atque in ingleſu ualida extensiōne cubiti indigent, tres obligantur musculi egregie conficiui, præter unum gracillimum in caudatis simiis à scapula ad ulnam porrectum, & penitus à Galeno prætermisum. Quum interim canibus unicus tantum flexionis autor adsit, ut fanesimis duo, illis prorū similes qui in homine uisuntur, nisi quod posterior nonnihil posterius ab humero in simiis procedit, & neruoso in ipsa insertione conficitur. Ceterum simiis exteriorum primus ex scapula humili costā, ut hominibus, oritur: sed duo principiū mox inuicem cōuenient obtinet, & deorsum tensus, carnosusq; admodum redditus, nulli connatetur musculo, sed paulo supra cubitū articulū extenuatus, neruosoq; factus, interna sedi posterioris ulnae processus inferatur. Secundus hui subiacet, & ubi homini fecundus enatci dictus est, exoritur, toti humeri longitu dini tantisper adnatus, quoque ualida insertione medie, & postea processus ulnae sedi inferatur. Tertius, ut in hominibus, ab humeri ceruice principium ducit: inde carnosus euadens, & nulli musculo, præterquam fibrosis nexibus, hærens, in exteriorem sedem posterioris ulnae processus implantatur. Atque hi sunt musculi, quos post scriptos de Vfu partium libros Galenus diligenter fecit: quamuis obscurè interim, ne ipsius errore animaduertieremus, nobis in libris de Administrandis fectionibus eos exprefuit, non paſſim libros de Vfu partium, quos iam olim Boethio dedicat, reformatur. Quanquam tamen suo exemplari, quod postea ad posteros demanauit, illum nonnullas lineas inferuisse certò colligo, at in cubiti motus ducum enarratione, in libris de Vfu partium nihil sub incudem reuocauit. Quæ omnia oftenurus sum meis in Galeni Anatomica annotationibus, iam pridem non infeliciter ceptis, ac seorsum aut cum Galeni libris multo quam antea emendationibus aliquando cudendis,

Cērnoſa pars  
qua primus ex  
tendētūm au  
getur, quem se  
cundum confa  
tuere licet.

L. i. de Adm  
niſt. fedic.  
T. erius ex-  
tendētūm.

Quoniam in  
cubitis cultus  
agites muscu  
li habent.

In Galeni  
Anatomica  
Annotationi  
bus.



Cuiusmodi in  
manus ligamen-  
ta.

Ligamenta  
avulsa non  
modo tendines  
continguntur.

L. 1. Ad  
mem. fecit.

Membrana  
muscularis ova-  
lia.

Ligamenta  
ofo invenientia  
commissentia.

ANVM Hippocrates appellauit, quicquid à scapula ad extreman sive  
digitorum aciem pretenditur, cuius nunc ligamenta nobis enarranda ve-  
nunt. Horum igitur alia inuicem ossa colligant, alia subditis corporibus  
mumenta exsunt, in flar tunicarum musculis obducta. Alia ad hæc, ten-  
dines in suis finibus ita continent, ut quoconque modo tracti fuerint, sua  
fede ne tantulum quidem vagari queant. Porro tendinum invulcerat,  
abunde prius explicati, quum singulis tendinibus per brachiale, & uo-  
lam ad digitos replantibus obductis diximemembras, mucore quodam imbutas, & ligamen-  
torum ritu tendinibus obducta. Quæ uero subditis corporibus munimeta, & ne ex ipsorum  
cauitatibus declinet vincula cententur, transuersa sunt ligamenta, tendines in suis finibus  
continuntur. Sunt autem huius generis in manu quam plura. Si quidem uniuersæ interiori  
b fedi quatuor digitorum unum exporrigit, & pollicis etiam secundo & quasi tertio radio  
dilio unum eius generis expanditur, atque hæc omnia cundem præstant utrum, quo tendines  
digitorum flecentes amplectantur, & anuli modo coinentur. In interna brachialis regione unum  
conficitur, omnes digitorum tendines, qui hæc prærepunt constringens. atque hoc latum  
est, & cæteris omnibus huic generis robustius, sed interim neque postbrachiale, neque cu-  
bitum contingens. Ceterum in externis cubiti partibus quâ brachiali articulatur, sex trans-  
uersa ligamenta fœc offerunt, quorum beneficio tendines in oſium finibus referuantur. At  
hæc, si in superficie tantum specientur, unicelle esse videbuntur, totius cubiti latitudinem expan-  
sum, quod dissecatum sex spectando offert anulos, transuersis tendinibus obductis. Vn-  
de etiam id in sex ligamenta, perinde ac cæteri Anatomiæ, distinguimus, non sanè quod o-  
mnia ipsis cognita fuerint (nam Galenum duo latuerunt) sed quod ipsi hic tot ligamenta re-  
cenfuerint, quorū reperiēre anulos. Primum ex ulna in radius procedit, atque ad communem  
ulnæ radij p. finum referunt, quod non tendinibus, digitos quatuor exten dentibus (ut Ga-  
lenus non recte arbitratur) obducluntur: est illud fibi peculiare uenientis is musculus, quem  
ipse parvum & anularem a reliquo abducere tradidit, nos uero parvum digitum precipue ab il-  
lo extendi asseruimus. Secundum ad extermum primi ligamenti latus repositum, foli ulnae  
illig. musculo peculiare est, qui ante parvum digitum infertio nem tentans, brachialis exten-  
sionis opifex confert. Tertium ad internum primi ligamenti latus habetur, solitè radio pro-  
prium est, eos amplectens tendines, qui Galeni suffragio quatuor extendunt digitos. Quar-  
tum ad internum latus tertii possum, anguliflum elicitanulum, ut & tendo, quem trans-  
mittit, gracilis est, ille enim à musculo procedit, qui in dicem & medium à pollice deberet ab-  
ducere. Quintum bicorni tendini, quo brachiale extenduntur, & illi qui pollicem uerius in-  
dicem euerit, uiam largitur: quanquam interdum pollicis musculo priuatum quoque lig-  
amentum obducatur, adeo ut lepitem tunc ligamenta in externa cubiti fede reponantur. Alio-  
quin enim sextum tres tendines transmittit, quorum unus brachialis oſii ante pollicem, al-  
ter primo pollicis oſii, tertius autem secundo & tertio infertur. Sanè & hos tendines, quum  
hæc ligamenta ad amulfum perpendimus, singulos sua ligamenta fortiri, non semel obserua-  
vimus. Præter hæc ligamenta, per uniuersam cubiti longitudinem, omnibus musculis ua-  
lida membrana obnatur, musculos inuicem committens, atque ne fœcilli dimicentur,  
atque inter se implicantur, tranfuerſi aliquius ligamenti ritu cotinens, cuiusmodi etiam in ti-  
